Lingua paruum membrum et magnum malum. XXV.

Quo me vertam et quid dicam in vado haereo, vereor etenim Auditores Religiosissimi, et vehementer vereor eadem repetere, quae iam inculcata nobis esse video, tritoq; mihi dicere prouerbio; crambe bis repetita mors est, verum vita et non mors erit si illud malum è medio sustulerimus quod dicturus sum, tale siquidem est, quod ferè enarrare non sustineo, nihilominus facie vestra hilari aritente et nulla seuera frontis nube apparente, ingrediar inextricabile Daedali opus, vt ita dicam, et si forte cereas Icari pennas gestans altius volare conatus decidam, lapsus vestro auxilio, qui vultus serenastis, qui semper certissimi pectoris indices esse consueuerunt, resurgam. Sed vtinam mihi prius ad manus esset Carneadis laboriosi et bene emeriti

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. f.%20216r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/en/zbz/D0147/f.%20216r)